

Tum depositum Sacramentum super mensa, supposito Corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus ; et mox accepta aqua benedicta, aspergit infirmum, et cubiculum, dicens Antiphonam :

Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor :
lavabis me, et super nivem dealbabor :

Et primum versum Psalmi, Miserere mei, Deus, cum Gloria Patri. Sicut erat, etc.

Deinde repetitur Antiphona : Asperges me, etc.

Postea V. Adjutorium nostrum in Nomine Domini

R. Qui fecit Cœlum et terram.

V. Domine, exaudi orationem meum ;

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

EXAUDI nos, Domine Sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus ; et mittere digneris sanctum Angelum tuum de Cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

EXHORTATION, AVANT LA COMMUNION EN VIATIQUE.

Voici, mon cher frère (ou ma chère sœur), le Sauveur du monde, Jésus-Christ lui-même, qui